



VOR

Y94<sup>4</sup>  
qu

*3.*  
Q. D. B. V.  
DISSERTATIO MEDICA

*De*  
ANTIΠΑΞΕΙ  
VISCRUM,

*Quam,*

P R A E S I D E

VIRO Excellentissimo atque  
*Experientissimo,*

GEORGIO VVOLFF.  
GANGO WEDELIO,

Med. D. Theoret. P. P. Archiatro Ducali  
Saxonico, & S. R. I. Nat. Curiosorum Adjuncto,

Domino Patrono, Praeceptore ac Hospite  
*omniobservantiae cultu aeternum colendo,*

publico fistit examini,

In Auditorio Medico

*ad d. Maji, Anno M. DC. LXXXIII.*

A. & R.

DAVID Spielenberger/ LEUTSCHOV. HUNG.

---

*3*  
F E N X E,

Typis VIDUA<sup>E</sup> SAMUELIS KREBSI.

98.

Dominio Pátron, Recibido en Hojas  
en su oficina de la calle de la Candelaria

11 Ayuntamiento Mexicano

THE MUSEUM OF THE CITY OF NEW YORK

## PROOEMIUM.

Huribulum aut aliud vas igniarium  
 cum vase aquario pictum , unde scilicet  
 ignem & aquam esse perspiceretur , discor-  
 diae quosdam tradidisse *κερθεον* , refert  
*Job. Valer. Pierius lib. 46. hieroglyph. p. 585.*  
 quod ignis & aqua naturæ sint maximè contrariae. Hinc  
 ignem aquæ permiscere inter se adūat refertur.

Liceat id applicare ad vitalem corporis nostri machi-  
 nam. Insunt eidem & pyrophylacia & hydrophylacia, vel  
 ipsius *Divini Senis* elogio ; Constituuntur, *inquit lib. i. de diat.*  
*cap. 4.* animalia omnia ex duobus, differentibus quidem fa-  
 cultate, concordibus verò & commodis usu, Igne & Aqua.

Visitur hic discordia concors, temperat ignem aqua,  
 vigorat aquam ignis. Lucidis micat sanguis igniculis,  
 aquosum laticem ministrat serum. Amicam horum co-  
 pulam perfecta consequitur sanitas, vitiatà eâ præstò adest  
 morbus, promptus humorum æstuantium conflitus, defla-  
 grat sulphur spumosum unctuosius, ebullit, effervescit, ab-  
 sumit, imò totum corpus vix tolerando æstu excruciat.

Mox idem calor ferociens ab accumulatis particulis  
 serosis coercetur, deprimitur, suffocatur, quo actionum di-  
 rectore sublato, videas corpus idem, mutatà tantùm crucia-  
 tus specie, totum inundari, & quasi quodam perfundi dilu-  
 vio, quod incendio febrili tantum non succubuit.

Sin verò rebellium humorum tumultus in diversis  
 visce-

200.

viscerum culinis oriatur, & contrariis magis sibi occurrant frontibus, sive pleno erumpant impetu, sive angustis vasculorum torulis conclusi restagnent, & partem distendant, turbatur opus mutuum, pervertitur partis tonus, bellum intestinum exoritur, concordia fit discors, imò occulta magis viscerum *ἀντίπεγξις* evadit manifestior. De hâc dum disquirere animus est, ut omnia feliciter cedant, faxit Divinum Numen!

### C A P U T I.

#### *Dari Antipęgxi viscerum demonstrat.*

**D**ecantata in scholis medicis est doctrina de *Αντίπεγξι* viscerum, unanimi quasi omnium calculo probata, explosa contra à Recentioribus, ut paradoxum hodiè videri possit, si quis dari antipräxiām viscerum affirmet. Salsè, ut alias quoque, C. Hoffmannus, *αντίπεγξι* viscerum, ait, aut nugatoria est, aut perparum abest, l. 4. *Inst. Med.* t. 8. p. 567.

Quod ETYMOLOGIA M concernit, *ἀντίπεγξια* communiter quidem dicta, recepto vocabuli usu ad instar aliorum plurim, licet usitatiū *ἀντίπερηξις* audiat, vox est origine Græca, οὐδὲ *ἀντίπερηξιν*, à contra agendo, resistendo, adversando, Gallis contreprattiquer, dicta. Notat in genere quamvis contrariam actionem, vel praxin non conformem, ut M. A. Severinus Antipraxin Chirurgicam scripsit, quod ipse tradit l. de Chocolat à Indâ à se verso p. 70.

Hoc loco morbosam significat, defumptā metaphorā à contranitentiā morali, ad physicam. Ut enim in politico orbis statu videmus alterum alteri contrariari, ac resistere; ita quoque certis destinata actionibus viscera dicuntur sibi invicem *ἀντίπερηξιν*. De illo legi meretur Böclerus *diss. polit.* 17. pag. 428. ubi *ἀντίπερηξιας* aristocraticam adversus plebem afferit, & *diss. 20.* p. 474. ubi infesta est, ait, simulatio & *ἀντίπερηξια* omnis, cum

5.

cum quis se illis opponit, quibus fato destinantur magna imperia, &c.

*Nop.*

Denominatur alias contraoperantia viscerum, suo modo etiam Intemperies viscerum inæqualis, calida & frigida, humida & sicca, ad differentiam æqualis, quâ omnes partes æqualiter afficiuntur, &  $\Delta vonegōia$  viscerum, ob debitam eorum  $\pi\varphi\sigma\tau\omega$ , actionibus obeundis aptam, viitiatam.

Si penitus autorum excutiamus commentarios, sumtam legimus  $\alpha\pi\pi\varphi\alpha\xi\iota\iota\iota$  vel latè & generaliter, pro actione contrariâ viscerum, quæ nullum inter se habent commercium: v.g. ventriculi & cerebri, cordis & hepatis, cordis & cerebri, hepatis & cerebri; Vel strictè, pro  $\alpha\pi\pi\varphi\alpha\xi\iota\iota\iota$  viscerum, inter se sororiantium, qualia sunt: ventriculus, hepar, pancreas, lien, renes, mesenterium &c, veldenique strictissime & specialissimè pro determinatâ ventriculi intemperie frigidâ, oppositâ calidæ hepatis.

Statuunt scilicet communiter qualitatibus elementaribus nimium infistentes, temperamentum tum ipsius mixti, tum animati, ex mixtione elementorum & primarum qualitatum mutuâ actione & passione oriri, concurrere vero ad totius hoc temperamentum partis cuiuslibet peculiarem temperiem, ex variâ item elementorum mixtione, & caloris, à primâ generatione insiti, majori vel minori proportione oriundam. Hinc receptissima enata est divisio, in partes calidas, frigidas, humidas & siccias, & contraoperantium naturalem, & præternaturalem.

NATURALIS statui potest in actione contrariâ cuiusvis visceris, vel membra, relati ad aliud, ita tamen ut hæc repugnantia primâ fronte visa harmoniam nihilominus importet, seu symbolicum consensum; Calidas partes agere in frigidas, humidas in siccias, & vice versa, cerebrum temperare cor, lienem hepar, carnem, ossa, cartilagine, & tunicas calefarcere communis est consensus. Ex hâc naturali contrariorum membrorum discrepantiâ, rite se habente, & totius temperamentum laudabilius resultare verum est, modò rite res explicetur. Vid. *Ludov. Mercat. tom. I. quæst. 44.*

102.

PRÆTER NATURALIS vocatur, quando partes, dispositione vel nativâ, vel acquisitâ, à contraoperantia naturali, & proportionatâ earum crasi in alterutrum extremum vergunt, & hâc ratione intempérata redduntur, sive æqualiter magis, ut in hec tis, sive inæqualiter, in partium contraoperantia naturali lœsa. Spectant hoc omnes ἀνηργέτες, hinc inde memoratæ, cerebri & cordis, cordis & hepatis, de quâ vid. Sennert. Inst. Med. p. 532. hepatis & lienis, &c. In primis verò intemperies hæc inæqualis ad hepatis calidam & ventriculi frigidam, ceu magis obviam & sapientem occurrentem, restricta fuit, variis in proscenium allatis causis, quod caliditas hepatis non solum, quicquid est in omento, consumat, & suo calore impedit concretionem crassioris omenti, quod ventriculo, ad calorem conservandum, quoddam tegumentum esse debebat, ne tam facile calor expiraret; sed etiam hepatis calor acrior ac major vicinæ partis minorem dissipet, chylum nondum coctum & crudum, citius quam par est, ad se rapiat, priusquam à debili calore ventriculi superatus sit. Contra ea arguunt ventriculum positivè frigidum, qui ob caloris nativi dissipationem cibos sibi concretos non ritè coquat, sed in magma pituitosum convertat, quod frigiditatem ventriculi magis adaugeat. Vid. Mercat. tom. 3. de intern. morb. lib. 1. p. 107.  
& Solenandr. conf. 9.

Hisce dogmatibus, ut primis unicè qualitatibus superstrutis, sese opposuerunt Recentiores, moti tum ipsius Cui autoritate, lib. de vet. med. c. 24, inquietis: Neque siccum, neque humidum, neque calidum, neque frigidum; sed econtra inest in homine & lœdit & amarum, & falsum, & dulce, & acidum, & acerbum, & alia infinita, tum variis inducti rationibus:

(1.) Qualitates istas modos saltim esse materiae, ex ejus particulis, variè modificatis, & motis resultantibus, adeoque insufficientes & minus efficaces. Vid. B. D. Ettmüll. Medicin. Hipp. chim. § 5.

(2.) Temperamentorum hinc doctrinam, hisce fundamentis suffultam, itidem esse inutilem, & non nisi modum superadditum rei, neque quicquam ad intimorem corporis

7.

poris energiam facere. Vid. Helmont. Tr. Miss. & Compl. Figm.

no3.

(3.) Temperamenta partium, si statuenda sunt, immediate à sanguine dependere, neque possibile esse, ut una pars reddatur intemperata, quin & altera, lege circulationis, talis fiat, & idem vitium ipsi affricetur sanguini.

(4.) Partes non habere calorem insitum, sed eundem à sanguine influente recipere; qualem sanguinem, talem esse calorem.

(5.) Absurdum esse, si dicatur, hepar calidum ventriculum frigefacere posse; Tantum enim abesse, ut refrigeretur inde ventriculus, cum secundarius hepatis usus sit, ut ventriculum blandè foveat; ut potius sic magis calefiat. Vulgo, verba sunt Vogleri l. de valet. hom. cognosc. c. 16. §. 18. p. 41. quibus calidus hepar obtigit, ventriculus frigiditatis incusatur, ex illo solo vano argumento, quod istius major caliditas hujus minorem provocet: cum potius eopse hic quoque calidior redatur, quod vel una sitis identidem manifestò demonstrat.

Ut verò penitus & citra ullum præjudicium in rei viscera progrediviamur, consultum est hoc spectantia paulò lustrare.

Certum sine dubio est, actiones omnes radicari in justâ temperie, conformatione, & communi utrisque unitate. Quando ergò in hisce velut fundamentis deprehendere licet contrarietatem seu repugnantiam quandam, necessum omnino videtur, effectum consurgere causæ huic conformem, seu ipsissimam αντίπεραξιν.

Jam verò videmus toto die, ipsaque id subjungit ratio, non unâ parte intemperatâ & quæque & reliquas, seu vicinas, seu alias tales reddi, sed ibi visi eandem, ubi αντίπεραξι contingit. Omne verò & quale est inæquali, ut oppositum, ita & contrarium. Quid verò aliud est αντίπεραξις, quam talis inæqualitas contraria, non subalterna amplius & intra naturæ leges consistens? Omnis ergò intemperies viscerum inæqualis & sibi contraria eandem importat.

Neq; opus est, ut solis primis elementaribus qualitatibus grosso modo conceptis superficiamus temperiem, horumque contrarietati abstractivè conceptæ αντίπεραξι. Siquidem

tem-

*104*  
 temperamentum ex seri & sanguinis dispositione, variè mixtâ & modificatâ consurgit. Vid. D. Frasid. Physiol. med. p. 68. & 72. Concurrunt ad hoc elementa remotè, proximus idem constituant humores vitales, & principia chimica. Prout ergo partes balsamicæ roscidæ, oleosæ, vel abundant, vel blandas serosas lymphaticas superant, vel ab iisdem superantur, vel variarum particularum extranearum existunt vehiculum, ita & temperamentum variat. Patet hinc doctrinam temperamentorum non esse rejiciendam, cum sine hac medico liquorum vitalium miscelam & temperaturam dignoscere non licet.

Notabile verò est porro, temperamentum esse vel universale, vel particulare. Claret id exemplo contrarii; uti enim datur intemperies universalis, in febribus, & particularis, in sodâ & spinâ infixâ Helmontianâ; uti sanitas prædicatur vel quoad totum, vel partem; ita & temperies naturalis. Innuunt idem diversæ viscerum actiones, diversa eorundem structura, aliâ ad coquendum, aliâ ad colandum, sanguificantum opus est machinâ. Quodvis viscus ad temperamentum universale suum contribuit symbolum, nec tamen absolutè exinde sequitur, parte unâ lœsâ in tempeste, quod diximus, omnes tales reddi, exemplo jam dictorum & intemperiei ventriculi ab ebrietate contractæ, quæ, nisi iteretur frequentius, nullam post se trahit noxam. Utut enim unus sit calor, non tamen unum caloris receptaculum, unde diversus caloris status emergit, diversa dispositio.

Accedit, non minus ponendum, particulare temperamentum hujus vel illius visceris ac partis organicæ constitutere tum archeum cuiuslibet partis, fermento seminali, & legitimâ structurâ instructum, tum sanguinem, cum spiritu influentem. Archeus, à primâ generationis origine partibus insitus, pro cuiusvis partis usu modificatur.

Fermentum adesse appropriatum in quâlibet parte, haud obscure colligere licet, ex immutatione in partibus singulari, resolutione alimentorum varia, diversâ item eorum assimilazione, ac distinctâ quarundam partium fracedine. Vid. Excell.

*Excell. D. Etmüll. diss. de paro. morb. init. §. 59. & Willis. de ferment. c. 5. p. m. 25. & passim.*

Anno.

Influens spiritus, tum vitalis, calorem fœnerando partibus, tum animalis motum iis addendo archeum particularem excitat, vegetat, irradiat; hujus respectu temperamentum partis dependet à totius, & vice versa. Prout viscera, novum subinde fomentum suggestentia, in suis se gerunt actionibus, ita & totius temperies mutatur & disponitur. Mutata hâc, vacillat & pars, utpote quæ primariò suum vi-gorem debet influenti sanguini; hinc quæ partes balsamum hoc vitale in majori recipiunt quantitate, illæ dicuntur calidæ, quales sunt sanguineæ, parenchymaticæ, carnosæ; quæ minus, respectivè ad alias relatæ, sunt frigidæ, exemplo glandulosarum, exsanguium, membranosarum. Modificatur ergo calor influens, tum à variâ structura, tum ab ipsis contentis.

Conformatio[n]em inæqualem concurrere posse, nemo negaverit, ut laxior v.g. sit ventriculus, ab extensiōne nimiā consequente flacciditate, unde corrugatio, περιστολής, calor ipse & menstruum fatiscunt, & indubie hinc sequitur intemperies frigida. Concinne Roder. à Caſtr. Tr. de complex. morb. c. 23. p. 154. Ecce Tibi, inquit, quid sit imbecillitas tam ventriculi, quam cuiuspiam alterius membra, nempe substantiæ tenuitas, & intemperies frigida; nam è contrario robusta pars & sanguine spiritibusque abundans est, quæ operationes rectè obire potest. Quapropter debilitas membra & præcipue ventriculi aut ad meatuum immoderationem, aut ad qualitatum intemperiem est referenda. Unà verò stricturam villorum glandosorum hepatis dari posse quis negaverit? Non uno laxato & alterum laxatur viscus, sed ex doméstico humore afficitur. Adeoque ut intemperie datâ contrariâ, sic & conformatio[n]e necessum est actiones, illis superstructas, non concorditer conspirare, sed fieri contrarias, seu ἀνταπογέγγεια uno verbo.

Confirmat id ipsum seu humorum, seu horum δυναμέων & αντομήτων, salium diversus in corpore concursus & exuperrantia.

B

rantia.

rantia. Ventriculus frequentissimè pituitâ refertus visitur, seu sero inertis si non actu coagulato, tamen aquoso & coagulabili; Bili verò torquetur jecur. Pituitam humorem frigidum esse, bilem calidum nemo negaverit. Posse verò pituitam in ventriculo, bilem in hepate, in uno eodemque subiecto simul peccare, testatur experientia, consentit ratio. Exempli loco sint bibones, qui vinum largiter & copiosè hauriunt, ultra  $\gamma\delta\pi\alpha\eta\tau\theta\eta\pi\pi\mu$ , seu mensuram naturalem & debitam. Inde laxato ventriculo, & acido fixo reliquo de tono suo dejecto, quis dubitaverit ventriculi temperiem in frigidorem p. n. esse mutatam? Acidum autem vini & vomitus testantur, & symptomata inde oriunda, dolores, anxieties, asthma praecordiale, & alia; & mechanica, si vinum quis destillare sustineat. Ast spirituosis vini pars, sulphurea illa & volatilis, in massam sanguineam progressa, tum spiritus obnubilat in ebrietate, & sulphureas partes sanguinis adauget, unde non potest non separari & redundare ad hepar bilis acrior, fervidior, mage mobilis. Posito ergo contrario humore, utroq; nempe excessivo, nec naturæ obsequenti, sed gravante & molesto, in visceribus aliis fororiantibus, sibi tam vicinis & incumbentibus actionem contrariam oboriri, seu *avilpæcia* consectorium est.

Testatur idem soda in dictis bibonibus, vel quasi talibus, non raro visenda, ab acido fixo cum bile acriori & magis volatili quasi fermentante & ebulliente, seu potius spumascente, non aliter ac dulcia, mel, saccharum, manna, aliac; ubi sulphureitas acido nupta est occulto, igne subdito spumascunt intense, & in infinitas bullas exurgunt. Acidum scilicet & sulphur, quamdui intercedit medians vinculum, cohabitare amicè, in se verò sunt sibi opposita & contraria, unde si alterum ab altero patiatur *diacœpsin*, de quâ mox pluribus, acidum obtundit sulphur, & vice versa, & interveniente calore non raro in apricum procedit illa adversitas, seu *avilpæcia*.

Eandem contrarietatem evidentissimè exhibent acidum & alca-

no

& alcali, quando, solutis itidem amictiæ legibus, in visceribus fabricata oppositis sibi frontibus occurunt. Id verò in scorbuticis & hypochondriacis toto occurrit die, quibus talismodi effervescentia admodum sunt familiares, indeq; oriundæ non minus anxietates, Φλογώσεις, palpitationes cordis, dolores vagi, & alia. Cumq; lien dispenset consistentiam sanguinis, vel coagulationem intentando & figura-  
do per acidum, vel rarefaciendo per alcalinum, illo circa eun-  
dem exuperante, facile, ob *avulsa* hepatitis collecto alcali-  
bilioso, fit utriusq; conflictus & congressus. *Ta* *avulsa* *su-*  
*nditæ*, *inaequalia* *hæc* *tumultum* *excitant* *judice* *Coo*. Et hoc ipsum  
ejusdem illustrat quām maximè *διαχέων*, quando alter ab  
altero secedens humor, societatis legibus violatis, exuperat,  
non solum in genere, sed sāpenumero ita, ut contrarietas  
manifesta exurgat. Segregatio verò ista, *διατρέψις* & distem-  
peratio, non tām fit in ipsis sanguinis undis, quām ejusdem  
colatoriis visceribus variis.

Hinc si fateri volumus quod res est, non tam laudatus *Coi* locus, contrà *avilnęgius*, eandem tollit, quam abunde confirmat. Ipsum enim dulce & amarum, acidum & salsum, si alcalinum fuerit &c. sibi sunt *avilnęgątowia*, seu contraria, simul mixtionis leges solvantur, ipsaqe sic, non mixta amplius ac inter se temperata, conspicua fiant, & hominem lædant, ut ipse subjungit *l.c.*

Accedit fermentorum diversitas. Cum enim Ar-  
cheus particularis actionem suam obeat, ope fer-  
menti, spiritus influi, & justæ organi conformatio-  
ne; sine fermento, ut diximus, nulla sit immutatio, nec secretio.  
In ventriculo & intestinis fermentum adesse, certum est,  
unde idem & de cæteris visceribus, cum ubique liquor vitalis  
mutationem aliquam subeat, augurari licet, nec enim sola  
pororum textura omnem rem exhaustit, cum tām artifi-  
ciosa viscerum structura non permittat, ut credamus, ean-  
dem simplicis colationis gratiā factam esse. Vid. Peon. &  
Pythag. Exerit. Med. p. 39. 40. Non conspirare verò eadem,

sed s<sup>e</sup>pē contrariari sibi invicem in præternaturali statu, evincit actionum l<sup>e</sup>sarum & symptomatum ratio opposita. In statu f. n. viscera, diversas licet functiones edentia, amicē tamen in unum conspirant finem; dato verò uno inconvenienti, sequi plura necessum est. Finis v. g. viscerum infimi ventris est, ut chylus laudabilis in deperditi restaurationem generetur, & sanguis à scoriis suis feculentis,  $\Delta$  reo- $\Theta$ nis aliisque, in cujusvis visceris depuratoriū culinā liberetur.

Nec solum *avulnēazia* in qualitatibus activis occurrit, per dicta, sed in passivis quoq<sup>ue</sup>; quando alterum humidum imbibit copiosius viscus, alterum minori gaudet. Inde vero non potest aliter fieri, quin contraria emergat actio, seu *avulnēazia*. Hinc in affectu hypochondriaco, autore *B. Rollfincio*, temperamentum lienis, hepatis & vasorum mesaraicorum frigidum & siccum; ventriculi verò frigidum & humidum s<sup>e</sup>pē concurrit, indeq<sup>ue</sup> *avulnēazia* nocentissima, *epit. aff. partic.*  
*L. 3. c. 11. p. 242.*

Hæc ipsa ut satis anomaliam hancce dari evincunt, sic non minus id luce meridianâ clarius eluet ex contraincidentibus, quæ ei adversantur, quod ab alio fuit indicatum. In phthisi, ulcus pulmonum exsiccantia indicat, hec tica ardorem febrilem temperantia, & s<sup>e</sup>pē diluentia humida, viscerum conjuncta obstructio aperientia. Sic in morbis atrabiliariis, unde epilepsia & melancholia &c. oriuntur, si acidum nimis deprimas & præcipites,  $\Delta$  &  $\Theta$  volatile bilis, cuius alioquin frenum existit, magis exaltaveris. Toto die enim talia occurruunt symptomata, e diametro sibi opposita. Ut in exemplis maneamus, frequentissimus hypochondriacis confirmatis his illis & scorbuticis est vomitus, cum obstructione vasorum, hepatis, lienis, manifesta. Ille adstringentia, hæc aperientia indicant. Par ratio est hæmorrhagiaz, consimili charactere insignitæ. Quoties videoas ob *υολυνα* assumptorum gravatum ventriculum, ructus acidos, salivationem continuam quasi singulo mane, fatus, una verò, ob bilis

exu-

noy.

exuperantiam, rosaceam guttam, aliaq; similia? Non raro  
occurrit in praxi cerebrum humidum, & sero recrementio  
plenum, nares verò siccæ adeò, ut & sermo vitietur, & gra-  
vetur caput, ne guttâ quidem ferri ex ordinario meatu stil-  
lante, & quandoq; humore potius ad glottidem deflectente.

Ex his colligimus, *antipræcia*, viscerum esse, quando  
viscera actionibus suis vel vitiosè præfunt, vel plane in iis  
deficiunt, ita ut hoc ipso unum alterum in opere suo impe-  
diat, & ob contrarietatem hancce commune deſtituant opus.  
Patet id vi contrariorum, ut enim mutuam actionem non  
interruptam sanitas consequitur perfecta, & legitima tam  
totius, quam partis temperies; ita turbatâ hac, mutatur &  
sanitas, & ipsa temperies, sive id fiat vitio fermenti, sive  
toni, nativâ vel adscititiâ dispositione debilioris, sive spi-  
ritus influentis, & ipſorum contentorum. Facile etiam  
patet, antipraxiam hanc differre à vulgo acceptâ. Pec-  
casse in hoc aliquos largimur, quod omnia qualitatum  
elementarium mensurâ dimetiri voluerint, easdem pro causis  
adduxerint, qua tam magis ut effectus considerari debe-  
bant, illas in abſtracto magis ſibi conceperint, modum ma-  
gis rei quam rem ipsam intuiti, & tam mixti, quam viven-  
tis temperiem, ab earum miscellâ derivârint, qua tam  
posterior ab humoribus vitalibus immediatè dependet, nec  
niſi remotissimè elementis debetur.

De calore hepatis ex iisdem quoque judicari potest; con-  
ferri tamen meretur *Crato confil. 3. p.m. 15.*

## CAPUT II.

### *Quid sit Antipraxia, declarat.*

**D**e libatis iis, qua ad etymon faciebant, positisque  
prioribus, ceu fundamento, affectum nostrum revera-  
dari, ordinis ratio nos monet, ut definitionem ejus  
realem tradamus.

**DEFINIRI** potest, quod sit *reniteria mutua viscerum*

B 3

com-

*communi actioni inservientium, dependens ab inaequali archei en-  
juvis partis concursu.*

GENERALIS seuerationis formalis vicem sustinet reniten-  
tia, per se manifesta, in eo consistens, quod viscera, quæ  
uni fini invigilare debebant, in suis actionibus sibi resistant,  
ut hinc effectus consurgat minus exoptatus. Quod in ci-  
vili *αντιπρόξενος* videmus, etiam hic contingit. Hic negat,  
ille ait; hic sursum, alter deorsum tendit, semper contra-  
rius est animus, & adversus, ne finis, quem intendit alter,  
alterius vel consensu, vel concursu obtineatur.

Estque hæc renitentia vel *positiva*, vel *privativa*. Po-  
sitivam dicimus, quando utrinque actualis & positiva con-  
trarietas adest, unde actio visceris vitiatur, v. g. si ventri-  
culus muco acido viscido fixiori, vel acido fluido repletus,  
coctionis opus destituat, hepar bile acriore scateat, &c. Pri-  
vativa fit, quando unum in munere suo conformi deficit,  
vel ob obstructiones, vel ob defectum spiritus influentis,  
vel ob fermentum iners, vel ob incongruam visceris or-  
ganisationem, unde ad alterum necessariò noxa redundat  
quoque.

Illustrari id potest exemplo mechanico, quod & *αντι-  
πρόξενον* in genere confirmat. Concipiamus currum quatuor  
rotis instructum, velut sociis instrumentis ad unum mo-  
tum perficiendum. Optimè idem fit, si simul junctæ mu-  
tuum opus strenue exequantur. Sin, ut fieri toto die solet stu-  
diò, unam indito repagulo sufflamines, mox tardior & diffi-  
cilior motus inducitur, ut qui mole suâ citatissimo motu in  
præceps tenderet, tractione sic egeat, & deorsum feratur ob  
remoram hanc incolumis currus. Positivam hic videoas re-  
nitentiam adeoque actionem mirum quantum impeditam.  
Sin rotam planè diffractam conspicias, privativam tibi sistet  
antipraxiam; cessante unâ, cessant & reliquæ, nutant, de-  
ficiunt, & actionem mutuam deserunt.

S U B J E C T U M P R I N C I P A L E sunt viscera inter se so-  
roriantia. Viscera dum nominamus, οφθαλμοφανες patet,  
Sub-

Subiectum denominationis Ut Qvod esse partes non similares, quæ alias temperiem senerant corpori, si primi ordinis humidas intelligamus, sed dissimilares, & in specie organicas vocatas, quæ actionem integrum corpori communem edunt; Ut Qvo, sangvine, fero, calido, poris, structurâ, fermento suo gaudentes. *To* ~~αντιπερτην~~ enim seu contra facere oppositum est ipsi primùm ~~περιτονη~~, agenti. Partes organicæ agunt, & exercent actiones integras. Necessem ergo est, ipsas esse affectas. Deinde idem quoque oppositum est ~~συμπειρωνη~~, simul agenti, tūm communi, tūm separatâ secundūm quid actione. Quamvis enim omnes istæ actiones redundant in corpus generali usu, sunt tamen, quæ speciatim pluribus competit, divisis quasi operis, ad unum certum scopum. Hinc *καὶ οἰζοχὴν* viscera infimi ventris *αντηπειρωνης* subiectum sunt, cum omnia illa gemino huic muneri velificantur, ut vel chylificationem, vel sangvinis depurationem administrent.

Duplici ergo modo *αντηπειρωνης* sustinent, per dicta, vel quatenus deficiunt in munere illo suo, neque agunt, neque simul agunt absolute, ut par erat, quæ significatio paulò latior est, & minus attenditur, cuilibet vitio seorsim adscripto, vel quatenus contra agunt, habito ad invicem respectu.

Utut verò videantur distincta duo hæc officia viscerum infimi ventris, non tamen sunt contraria, nisi obex quidam interveniat. Mirè enim se invicem respiciunt & juvant chyli confectionem, & recrementorum chyli & sangvinis ultima defæctio. Hæc si deficiat, hic illic, præsto est *αντηπειρωνης*.

*Qvod* si speciatim lustrare viscera sit animus, facile ab eorum usu & actione ordinariâ ad læsam & contrariam ipsam, tūm absolutam, tūm respectivam, licebit argutari. Prout enim hæc amicè in actionibus convenient, ita & temperiem sanguini laudabilem conciliant, vel eundem intemperatum reddunt, pluribus inconvenientibus consecutiis.

*Ventriculi* culpâ prima plerumque via antipraxis ster-  
nitur,

16.

nitur, dum chylum sanguinis futuri elementum vitiosè depravat, non evolutis particulis substantificis, unde massam acidam viscosam, loco chyli laudabilis, communicat; nec enim vitium primæ coctionis corrigitur in secundâ, vel tertîâ.

*Intestina*, prout bile & succo pancreatico, tanquam menstruis secundariis instructa, chylum à fœculentâ parte separant, viscidorem corrigunt, per vasa lactea purum magis, vel impurum transmittunt; ita & sanguinis, & consequenter partis hujus vel illius alteratur temperies.

Sic & *Hepar*, pro bilis inertiat vel efferatione, pro legitimâ separatione vel stagnatione, actionem unanimem vel turbat, vel in vigore conservat.

*Lien* dispensans serum in corpore, & consistentiam sanguini fenerans, ejusdem crasis modò fluxiliorem & volatiliorem, modò fixiorem & crassiorem efficit, pro diversis salibus lixivis & ponticis, vel secretis in liene, vel in massam sanguineam relatis.

*Renes*, dum superflua salia & terreas particulas accumulatas, & ipsas sulphureas biliosas abundantes, non separant, massam sanguineam ad dyscrasiam disponunt.

Tacemus pancreas, mesenterium, uterum, quorum labes non minus in utrumque extreum est quam notissima. Quin imò ipsa *άντρες*, potest dici & appellari, respectu catoris nativi ipsius, quando viscera resistunt universali illi influxui, neque calorem secum dispensant, vel dispensari patiuntur, uti debebant.

S U B J E C T U M A D A E Q V A T U M constituunt pulmones, cor, quorum *άντρες* in circulando sanguine non raro visitur in hypochondriacis & phthisicis; cerebrum & partes sensoriae, aliaque viscera, quæ vel magis vel minus conspirant. Possunt tamen & hæc diverso respectu & principaliter affecta, & adæquatè statui, prout vel inter se invicem, vel ad priora illa conferuntur.

Insignis locus est Galeni, qui è l. 6. de sanit. tuend. c. 2. inter-

203.

integer hoc adscribi mereret: Maximè ea morbis patent, quorum principes maximè partes contrariis temperamentis sunt affectæ. Minùs obnoxia valetudini sunt, quibus diversæ à principibus partes ita se habent. Evidem aliquos jam vidi, quibus venter frigidus erat, caput calidum, sicut contra, quibus caput frigidum erat, venter calidus. Vidi-mus autem & ex accidenti, non primum, nec propriâ temperamenti ratione affiduè afflictum bili ventrem, qui alioqui non erat naturâ calidus, æquè verò & refrigeratum alterum, quamvis non esset naturâ frigidus. Ad eundem modum & caput, & jecur, & liemem atq; etiam alias partes, aliarum quoq; intemperantiis affici, cum aut ipsæ haudquaquam lœsæ in proprio temperamento essent, aut etiam contrarium planè quam aliæ affectum haberent.

**C A U S A I M M E D I A T A** est archei cuiusvis partis inæqualis concursus. Requiritur enim in corpore ξύποια μία, ξύμποια μία, ξυμπαθέα πάντες, una confluxio, una conspiratio, omnia consentientia, ut Hippocrates loquitur *I.de alim. c.4. t.24.*

**M E D I A T A P R O X I M I O R** est labes specialis viscerum ἀντωργή laborantium, in intemperie inæquali, imo contrariâ, fermento vitiato, & conformatio[n]e lœsâ confitens. Cum coctio tribus nitatur fundamentis, calore, fermento, & tono legitimo, si unum ex his deficiat, alterius contra facientis culpâ, actio ventriculi impeditur insigniter, si calor sit ex eâdem causâ debilis, vel improportionatus, vel obtusus, si fermentum ejusdem in acore deficiat, vel peccet, sit iners, particulis contrariis obtusum, saturatum, immutatum & corruptum, vel particulis aquosis nimis dilutum. adeoque robore suo vellicandi & solvendi non polleat; tonus denique si labefactatus sit, vel natura debilis, papyraceus, vel morbis gravioribus & diætæ vitiis, ut nimia ciborum & potus ingurgitatione, fibræ ejus nerveæ flaccidiores sint redditæ, ut ingesta alimenta in intimorem amplexum admittere nequeat. Sub-rutis hisce coctionis adminiculis, & chylificationem lœdi, & alia exurgere incommoda necesse est.

C

Nullum

Nullum viscus tot consensionibus gaudet, ac ventriculus; nullum dissensiones reliquorum magis exprimit, ac idem architriclinus. Simulac contra agunt, seu generalius, seu specialis, chylus v.g. non aërascit legitimè, laeditur rorida ciborum evaporatio, fit μέλυνε, particulae balsam cæ, blandæ, dulces, nutritiæ non evolvuntur, sed in liquamen acidum & massam vappescentem viscosam degenerant. Hæc partim ventriculi plicis adhærens, pondere suo fibras laxat, & advenientes cibos vitiosâ suâ qualitate imbuit, partim, leni ejusdem fibrarum contractione ad intestina demandata, bilem, succum pancreaticum, & glandulosam mesenterii & intestinorum lympham, tanquam menstrua secundaria, inquinat, vase lactea obstruit, ut solum partem tenuiorem & spirituose transmittant, relictâ crassiore & viscidiore. Imò pars in massam delata sanguineam, obstructions hinc inde, ut in liene, in primis vero in vasis diversimodis hepatis parit. Hinc promta effervescentia, fervor, tumultus, tum in ipso hepate, tum in totâ massâ sanguinæ, ex congressu scilicet bilis alcalinæ, cum acido muco obstruente. ~~¶~~rez contra & Θnæ particulæ, cum tantâ ignis animalis torturâ opus non habeant, facilius evaporant, &, cum sanguine communicatæ, tenuitate suâ & volatilitate, eundem rarefaciunt magis, bilem acriorem & quasi flammeam reddunt, fermentationi adaugendæ quæ maximè idoneæ, deficientibus præsertim & in vappam acidam conversis particulis substantificis, blandis, lymphaticis, salinam acrimoniam temperantibus alias, & diluentibus. Positâ ergo remorâ, & aditu intercluso, statim adeat intemperies, fibrarum laxationi perversio; id quod in corporum talium dissectionibus ad oculum saepè demonstrari potest.

Ex CAUSIS REMOTIORIBUS huc faciunt, quæcumque viscerum ~~negon~~, fermenta, & consequenter actiones variè invertere norunt.

Quis nescit, TEMPERIEM particularem variis modis hoc illo viscere inverti posse? ipsum vero temperamentum uni-

ver-

225.

versale & varias subire mutationes, & ipsâ subordinatâ contrarietate gaudere, ut dicamus sanguineo phlegmaticum, cholericô-melancholicum, & sic porrò? Nullum verò magis ad *avniπεργέν* proclivius est melancholico, & speciatim altero illo, quod atrabilarium, ex acidi & bilis consermentatione, dicam, an *avniπεργέν* natum. Unde epilepsia, mania, melancholia, quartanæ & aliorum morborum fons scaturit unice. Non reticenda est *ἰδιοσυγχρεσία* & dispositio hæreditaria, viscerum nativa debilitas, laxitas fibrarum, & naturalis ad hanc vel illam intemperiem & consequentem *ἀνιπεργέν* inclinatio. Videas toto die homines, qui, etiamsi diæta errores non præcesserint, subinde tamen sanitatis temerationem velut perpetuum sentiunt, vix aliâ ratione sufficienti conspicuâ, nisi *ἀνιπεργέν* in subsidium voces causarum.

Quod *ÆTATEM* spectat, affectus noster omni ætati est familiaris, magis tamen in consistente visitur & senili; in illâ ob calorem acriorem, serum blandum salia diluens & temperans absuntum, & sulphur magis exaltatum; in hac ob itatum ieri acidiorem ac viscidorem, & sulphur sanguinis de-pauperatum, fermenta verò viscerum inertia.

Inter RES NONNATURALES primum locum tenet AER, qui pro impuritate, nebulositate, & crassitie majori vel minori, diathefin sanguinis, tum inspirando haustus, tum corpus ambiens, variè vitiat, frigidus nimis poros concentrando, recrementis sulphureo-salini turbas in sanguine daturis abitum præcludit, coctionem ventriculi destruit, & lympham ad coagulum magis & inspissationem disponit. Calidus flammarum vitalem plus justo dissipat, & massam sanguinem nimis in motum citando, & serum temperans absumento, obstructionibus magis aptam reddit. Et quamvis primo intuitu laxius hæc videantur dicta; satis tamen est mediatè à causis talibus induci varios morbos, à morbis lædi actiones, non univocè à quæ, sed ita quoque, ut emergat *ἀνιπεργέν*.

Excipit Aerem CIBUS & POTUS, ut aliorum morborum

*abb.* borum fomenta, sic cum primis  $\alpha\pi\pi\epsilon\zeta\eta\omega\epsilon$  largientes, quantitate, qualitate & utendi modo peccantes. Quamvis enim s<sup>e</sup>p<sup>t</sup>e symptomata  $\alpha\pi\pi\epsilon\zeta\eta\omega\epsilon$  familiaria non ex partis intemperie, sed ex fumentis vitio contingent, quod scribit *Primeros. l.2. de vulg. error. c.12. p.146.* Nihilominus tamen ipsi hi errores dixit intemperiem inducunt quoq<sup>u</sup>; & actionem hinc l<sup>a</sup>dunt. Largius ingesta laxant ventriculi fibras, calorem suffocant, menstruum obruunt, hinc impedita chyli aera scensia, hinc ructus, inflationes, hinc  $\phi\lambda\gamma\omega\sigma\tau\epsilon\iota\epsilon$ , tormina, & alia. Subvertunt & fermentum ventriculi acido-volatile assumta *qualitate* peccantia, cibi falsi, acidi, austero vel alcalino charactere conspicui, idemque vel in acidum excessivum immutant, vel planè saturant. Nocet verò maximè liquorum spirituosorum inebriantum, vini, cerevisiæ, & i crebra ingurgitatio. Hoc enim modo hausta calidum nativum, quod videntur confortare, dissipant lympham nutritiam absunt, ventriculum distensione fibrarum inconcinnâ, & acido fixo refrigerant, unà verò sulphur & sal volatile sanguinis intendunt & tonum viscerum destruunt. Hinc bibones &  $\psi$  i potores ut plurimum moriuntur hydrope, siti &  $\phi\lambda\gamma\omega\sigma\tau\epsilon\iota\epsilon$  molestâ cum tumore frigido aquoso conjunctâ. Imò quid aliud faciunt tabaci amatores, quam quod serum accendunt & imminuunt, unà verò potu nimio robur ventriculi nativum dejiciunt?

SOMNUS & VIGILIAE, si non librentur reciprocâ proportione,  $\alpha\pi\pi\epsilon\zeta\eta\omega\epsilon$  excluditur. Quî enim, per Deum! vim suam habere potest ventriculus integrum, (illa verò in calido consistit) evocato per lucubrationes ad laborantis cerebri sub-sidium igne? Nulla fœcundior malorum mater, nulla  $\alpha\pi\pi\epsilon\zeta\eta\omega\epsilon$  viscerum, quam lucubrationes. Quicunque enim sic contra naturam faciunt, par est experiri contrariam viscerum actionem. Tacemus somnum immodec protractum torpidos reddere spiritus, calorem nativum, qui ventilari desiderat, obtundere, cruditates jam dum in ventriculo negotium faceslentes accumulare magis. Nimi $\alpha$  contra ea vigilæ spiritus dissipant, nervos debilitant, acredinem humoribus.

ribus conciliant, & facultatem naturalem, nimis lassando  
spiritus, emori faciunt.

207.

Cœtera ex nonnaturalium classe v. gr. MOTUS &  
QUIES, EXCRETA & RETENTA, AC ANIMI PATHÉ-  
MATA, uti ad alios morbos, ita ad hunc producendum singu-  
la suum adjiciunt calculum.

CAUSARUM PRÆTERNATURALIUM vices tue-  
ntur omnes illi affectus, qui hujus vel illius visceris actionem  
imminutam, vel depravatam, post se trahunt. Quantæ no-  
xx dysenteriam, vel lienteriam, si diutius corpora affligant,  
insequantur, satis innotuit. Ventriculi corrugationem la-  
dunt, intestinorum tonum pervertunt, sanguinem balsamo  
vitali spoliant, succum nutritium exhauiunt, spiritus tam  
animales, quam vitales depauperant, imo totum propemo-  
dum enervant corpus. Sic affectio & melancholia hypochondriaca,  
teste *Sennerto* l.1. prux. p. 2. c. 12. p. 384. arthritis, calculus,  
restagnantibus particulis limosis tartareis, per urinam alias  
secerni solitis, obstruktionibus & effervescentiæ præternatu-  
rali promovendæ non parum favent, ac ab *avntaq; qd* mirum  
quantum soventur.

Frequentissimum scilicet exemplum antipraxiæ ex-  
hibet scorbutus ac affectus hypochondriacus, in quo, vel  
antiquo *Dioclis Carybiti* testimonio, inter alia sumpto cibo  
sputum humidum idemque multum comitatur, item ructus  
acidus, (signa frigiditatis) flatus, æstus in hypochondriis &c.  
Vid. Gal. 13 de loc. aff. c. 7. & *Primerosius* loc. cit. Sic mensium ob-  
structio, haemorrhoidum alias fluentium emanatio, regurgitan-  
tibus in sanguinem salino-tartareis acrioribus atomis, tum  
totius tum partis mutat temperiem, ut undique pateat con-  
trarietas. Quin & in febribus intermittentibus, præcipue  
quartanâ, frequentissime id occurrit, ut & in lue quæ magis radica-  
tâ, in tabe ex vitio mesenterii, in phthisi, in hecticâ frequen-  
tissime, in uteri morbis & aliis.

Progredimur ad signorum doctrinam, & quidem ad  
**DIAGNOSTICA.** Licit vero *avntaq; qd* sspè lateat, & ejus  
principium vix percipi queat, imo non attendatur ferè, nisi

*gravior, unde siens difficulter cognosci potest, nihilominus facta è viscerum actione lassâ facile innotescit.*

**E S S E N T I A L E I N H Ä R E N S** est contrarietas relativa, quod signa, citra malignitatem tamen, sibi non constant, sed omnia vel præcipua saltim sunt inæqualia, & sibi contraria. **Quædam laxitatis, quædam stricturæ, alia calidi, alia frigidi exuperantis præ se ferunt speciem, unde contraindicantia sibi occurunt, & effectus seu actiones contrariæ de causis oppositis testantur.** Hinc **E S S E N T I A L I T E R C O N S E Q U E N T I A** symptomata alia quoque idem confirmant, insigni faragine se excipientia, ut aliud ex alio fluat, & uno correcto exacerbetur alterum, & quocunque ferè modo agas, repugnantiam invenias. **E X C A U S I S** juvantium & nocentium contrarietas idem confirmat & alia.

In specie *Ventriculi* actionem non ritè perfici, demonstrant in primis ruetus, fluctuationes, ptyalismus, tormina, borborygmi, ipse quandoque vomitus spontaneus, & gravitas ventriculi, quæ singula calorem esse débilem fermentum fixius & corrugationem lassam sufficienter signant, ut non meremus cardialgiam, sodam, & alia diverso statu obvia.

*Hepatis* intemperiem calidam colligere licet è siti vehementiori, rubore faciei ferrugineo, Φλογώσι, alvo pigriore, à item ad ruffum magis colorem inclinante, vigiliis, calore manuum & pedum &c. Obstructiones præterea ejusdem patefaciunt hæmorrhagia naris dextræ sèpius recurrens, & tensio gravativa, ardor quandoque & astus circa hepatis regionem, quæ bilem, in glandulis hepatis poris stagnantem, satis arguunt.

*Lienis* temperiem ad varia viscera alia, hepar, ventriculum, renes, uterum &c. relatam, consistentia sanguinis vel fluxilior, vel fixior, obstructiones, dolores, Φλογώσεις, hæmorrhagia naris sinistri, & signa scorbuti ac effectus hypochondriaci alia abundè testatum faciunt.

Sic & in aliis partibus signa intemperiei inæqualis, actiones earum lassas perpendenti facile erit eruere, modo quæ

com-

communia sunt in his illis visceribus actionis lesa signa determinantur, ubique relatione ad se invicem, seu ad alia facta, unde non opus est, ut in his recensendis latius occupetur.

Si DIFFERENTIAS elicere velimus, facile id fuerit ex hactenus recensitis, v.g. alia est levior, alia gravior, alia radicata; alia à primo ortu, alia ascititia; alia ab errore externo, alia à facultate lesa; alia in hoc vel illo viscere, quod ex generis, subjecti, causarum consideratione emergit sponte.

Sequuntur Signa PROGNOSTICA. Limitantur hac pro majori vel minori symptomatum, ex hoc affectu propullulantium, numero & urgentiâ, ipsisque laudatis differentiis. Si in principio constitutus sit affectus, si viscerum temperies non planè immutata, si sanguis hac labet nondum penitus infectus, si ex diæta erroribus contractus, & viscera sibi adhuc in actionibus suis aliquo modo constent, facilius eradicari potest, & curari. E contrario, si partes à primis nativitatis incunabulis ad hanc vel illam intemperiem magis inclinent, vel hereditaria adsit dispositio, viscerum intemperies major, totius sanguinis crasis mutata; si alii morbi graviores, ut affectus hypochondriacus, scorbutus, sint conjuncti, longiori morâ opus erit, nec enim citæ Medici curationi æquè obsecundat, nisi eundem in primâ velut herbâ suffocare possimus. Difficilius enim longè est inter se pugnantes quasi & adversantes partes componere, quam juvare debilem, publico allorum consensu confortandam.

*Aντρεγξις*, gravior morborum chronicorum & rebellium mater est, & sæperius *συνανθένειαι*. Notabilis est casus in praxi, quando, salvis vitalibus actionibus & animalibus, facultas naturalis sensim emoritur, visceribus infimi ventris in actione suâ partim cessantibus, partim invicem adversantibus.

## CAP.

*Quibus auxiliis curari debeat,  
exponit.*

**P**rostratis Antipraxiæ causis, & signorum fontibus, operæ pretium erit, ut de curatione quoque pauca quædam subjungamus. Utut enim ceu affectus distinctus non habeatur communiter; plures tamen comitatur, quos si ex hoc fonte non astimes, longè graviores experiâre.

Juxta INDICATIONEM CURATORIAM, in genere renitentia & contrarietas ipsa, in intemperie viscerum inæquali, obstructionibus, & tono laxato consistens, quantum licet, tollenda est, respiciendo semper ad id, quod magis urget.

PRÆSERVATORIA tûm causas antecedentes, occasio-  
nales, tûm quovis modo affectum hunc foventes, amo-  
litur. VITALIS viribus prostratis, fermento & tono viscerum  
flaccidiori, prospicit, attendendo ubique illud Hippocraticum;  
si prodeſſe non posſis, saltim ne noceas.

Desumuntur indicata præſidia ex triplici uifitato fonte.

Ex CHIRURGIA, VENÆ SECTIO locum habet, quando in massam sanguineam resultat vitium, ita ut in qualitate præcipue & motu desideret per νένωσιν hanc alterationem. Quando nempe vel, ob contumaces viscerum obſtructio-  
nes, quæ data porta effluit, uti hinc inter alia natura ipsa per haemorrhoides non rarò διληπεξιν levat, vel ob falino-sulphureas particulas congestas, & serum volatilius nimis raf-  
refit ac ebullit, ut indicatio emergat, onerosum quod est in vasis vel poris deplendi. Magis verò convenit in ανηπεξιδ  
lienis v.g. & uteri, hepatis & cerebri, cordis & pulmonis, aliisque casibus similibus; ubi sanguis characterem peregrinum susci-  
pit, & vitium in temperie magis consistit, vel motu, præprimis si æger jam venæ ſectioni adſuetus fit, nec æquè in quantitate excedatur. Minus, ubi ventriculi conjuncta eſt exolutio, ubi fibræ

fibra flaccida &c. Ita temperando fervorem, & vitiosum massæ sanguineæ motum in ordinem revocando, quo liberiores nanciscatur vias, prodest. Antequam vero eandem administremus, primæ viæ aucte omnia a siccure acidâ & pituitosâ liberandæ sunt, ne chylus, vitiosa hujus qualitate inquinatus, sanguinem denuo contaminare queat. Ad præservationem vena secari potest vere vel autumno, quo hâc ratione variis symptomatibus, à fermentatione sanguinis præternaturali oriundis, succurritamis. In viris hemorrhoidalium venarum apertio sfadenda est, si jamdum fluxerint; in foeminis mensium profluvium procurandum quoque. Eadem ratio est CUCURBITULARUM, cum vel sine sacrificatione, prout usus exegerit; ne attingamus

**VESICATORIA, FONTIULOS, aliaque humorum onerantium excernicula.**

E PHARMACIA petita remedia in nostro affectu omnem absolvunt paginam. Eliminanda sunt cruditates congestæ, bilis acrimonia temperanda, diluenda, præcipitanda, serum variis salibus fetum alterandum, & ad dulcedinem naturalem reducendum, tonus vero viscerum per corroborantia adstringentia leniora restituendus. Inserviunt his scopis medicamenta varia.

**LENIENTIA** sicciora intestina munieris sui admittunt, viscidos & crassos humores Salino-sulphurâ virtute mitiori incident, impacta intestinis scybala emolliunt, & primas vias blandè expediunt. Ita vero moderanda sunt hæcce, ut omnia quoque alia, ne dum uni visceri mederi volumus, alteri noceamus, unde & ipsa materia horum feligenda est, scopo aptior, & forma modo siccâ pilularis, modo humida in infuso &c. prout id circumstantiæ jusserint. Illustrari id potest exemplo aloetorum, quibus jecur offendit Scaliger ex. 160. t. 3. contendit. In *avintor* verò hepatis & ventriculi optima sunt, quia & pituitam detergunt, acidumque corrigunt, & biliosam amurcam expurgant. Laudari merentur *elixir* prop. f. & laxat. **Ra** **F**ri, **c**remor & **c**rystalli **F**ri, **F**rus **O**lat. **a**loe **r**osaria, **v**iolata,

D

MP. alo-

*Nr.*  
NP. aloeticar. Aial. D. Präfid. MP. *¶* rear. Schröd. ut & ipsa purgantia, accisâ dosi data.

Circa PRÆPARANTIA commode occurunt digestiva chimicorum universalia, vel hoc titulo recte ita dicta, quod pluribus scopis, iisque contrariis visis satisfaciant. Illa enim, & his conformia, tum acidam, limosam materiam, ventriculi & intestinorum plicis adhaerentem, tum ipsam bilem acriorem ad feliciorum disponunt exitum, volatili suo incisorio charactere minima viscerum vascula penetrant, obstructiones referant, serum vitiosum alterant, & coagulum ejusdem resolvunt.

Referri huc possunt & diluentia, acidula, temperantia, & bilem exaltatam refrænantia, eandem viscosiorem attenuantia, simul verò non contrariantia reliquis. Spectant huc animarhabarb. tinct. aperitiva Mæbii, clÿss. Sii, uterque, tinct. roſar. violar. hepat. rubr. Dresden. ① ſiat. ① Plat. Mynſ. pulv. cachet. Quercet. ſtomachic. ejusd. rad. ari, pimpinell. &c.

Succedunt PURGANTIA, quæ excitant & irritant stimulo suo naturam ad excretionem, ut ab infarctu humorum vitiosorum se exſolvat, & viscera pristino restituantur vigori. Profund ut universalia alia, communi debita materiæ morbificæ, bili & pituitæ, acido ferco, & bilioso. Sanè inter causas, quod purgantia hypochondriacos vel minus moveant, vel nimis, non minima est *avītīpēzīs* viscerum, imo ipſorum quoque humorum; conjuncta enim ſæpenumerò est ſic citas intestinorum, ab acido, à bilioso, à defecetu ſeri in glandulis, intestinalibus, cum contrario vicinarum partium ſtatut. Hinc vel ob hanc causam iis in caſibus præparantia & digestiva præmitti debent, ut humores aptentur ad fluxionem, fibræ ad conſtrictionem.

Prodest v.g. gialap. tum in pulv. tum in resin. mag. scammon. pulv. lax. ativ. vegetabil. ſpec. diagalap. Mynſ. pulv. Corn. iubini purgans correctus, extr. belleb. nigr. panchymag. Croll. ſenna Alex. rhabarb. fibr. bell. nigr. in varias pro lubitu & dispositione Medici conçinnanda formulas.

Si

223.

Si contumax alvi adsit pigritia, & materia vitiosa interstitis magis infarcta sit, nec aquae lenioribus evacuantibus cedere velit, ventriculo nihilominus frigido, humido, laxiori, clysteres quoque, ex communi emollientium, lenientium, abstergentium & stimulantium materiam, additis pro urgentia aliis, prescribi possunt.

VOMITORIA etiam impactos viscidos humores è ventriculi ~~περιχωρία~~, biliosos verò ex ejus confinii evocant ac exturbant, observatè semper cautelâ, ne vel ~~δραστηρίς~~ nimis tonum ventriculi jam dum labefactatum destruamus, vel humidioribus ejus fibras laxemus magis. Dari possunt *nd.*  
*& elect. diasari, g̃is vite, oxyfaccb. emet. Ludovic. Angel. Salæ, & instar omnium ♀rus emeticus.*

DIURETICA, obstrunctiones expediendo, limosas, tartareas partes, in coagulum abituentes, fluxiles reddendo, resolvendo, & per urinam expellendo, eximiè se commendant; v. g. *—us Θlis, aperitiv. Penoti, cliss. Σii, tinct. ♀ri compos. Σii ♀ts. silic. Glauber. malvatic. juniper. lap. ♂. rochenil. succin. alb. raf. ovor. ppt. a. trechise. alkenkeng. Θ volat. succini. emuls. violar. sem. ♀. frigid. maj. &c.*

DIAPHORETICA serum lixiviosum, volatilius, massam sanguineam ad *έργασμὸν* ciens, divertunt, disjiciunt, expellunt, fixos contra & austeros humores præcipitant, absorbent, invertunt, obstrunctiones tollunt, & ebullientem nimis bilem coercent. Ex his laudamus *Σium diaphoret. pulv. bezoart. m. j. & min. D. Praſid. C.C. philosop. bez. miner. Ζie, Θ Άle ca- cheartic. C. C. us. mist. bezoartic. volat. D. Praſid. — ♀ri, tberiacal. campb. M. S. tinctur. bezoartic.*

ALTERANTUM SPECIFICORUM munia explent quidem visceri cuivis appropriata remedia, tonum, calorem, & fermentum respicientia, & actionem eorum promoventia, unde huc pertinent STOMACHICA, HEPATICA, SPLENETICA, & alia, è suis loculis depromenda, & impendenda; Nihilominus tamen, si rem curatius astimemus, habet & *άντερζες* viscerum, præter absolute illa & huic illi seorsim visceri

174

sceri debita, specifica, ut ita loquamur, relativa & genuina. Ad oculum id patet, si methodi medendi regulas & cautelas, hinc inde à practicis in curando scorbuto, affectu hypochondriaco & similibus extantioribus *ανταρρεγέσως*, exemplis adnotatas, in mentem revocemus. Cum enim non unum solum viscus, nec uno eodemque modo affectum sit, jure merito illa feligenda præcipiuntur, quæ singulis ex amissi satisfaciunt, unde perpetuum est *άπολυμα*, non solum aperientium, sed & roborandum esse; solis merisque aperientibus lèdi hepar; volatilibus sàpe exasperari scorbutum, & similia.

Neque defuit in hoc summi numinis providentia humano generi. Hunc ad modum, scribit *Scaliger*, c. partita est Natura vices, atque operas in iis, quæ condidit: ut idem non solum diversis sit diversum speciebus, sed etiam eodem in corpore alias atque alias comparet effectiones. Ut pauca quædam libemus, *ανταρρεγέσιν* corrigunt & tollunt, quæ media sunt revera, & mediatoris vice fungentia refragationem, renitentiam & contrarietatem mutuam componunt, aperiendo astringunt, astringendo aperunt; calorem intendunt, vi balsamicâ, sulphureâ, temperant vi acidâ, terreâ, tâmsubtili operandi modo, tâm concinno, ut utrumque expediant.

Talia sunt v. g. *acida*, ut *Oni. S. E. t. i. s.*, *Θ* & exinde paratae Re aperitive, *mistura simplex antiscorbutica martialis*, *hepat. rubrum Dresdense*, per se & cum rad. *ari mixtum*, & similia jam laudata. Sane qui in affectu hypochondriaco, scorbuto, calculo & aliis acidorum usum reformidant, incident in scyllam volentes vitare charybdis. Acida & incident, & figunt, & resolvunt, & coagulant. Ventriculo grata sunt, unde & potu & fotu stomacho conducit acetum; non minus etiam hepati, ut in his terminis maneamus, bilem refrangentia & temperantia. Aptissima ergo sunt, quæ medio isto casu vocentur in usum. Ut partibus gaudent diversis, sic & viribus. Hinc & acidula præcipuum sunt *ανταρρεγέσως* remedium.

Non minus vero hoc quadrant. 2. *amara*, in quibus sanguinarum & terrearum particularum miscela distinctum seu gemi-

29.  
viro.

geminum effectum post se relinquit; ut essent. absinth. cent. mixt. pini simpl. & composita, elix. propr. s. antiscorbuticum, &c, aroma-  
ticum caryophyllatum, infusa aperientia consimilia, R. a propriet.  
Myns. rhabarbarina. Rhabarbarum anima hepatis audit com-  
muniter, non altâ quam hâc ratione, curat hydrozem, ieste-  
rum, cachexiam, polychrestâ suâ virtute; cbina de chinâ &  
lignum colubrinum fèbres. Sed hâc notiora sunt, quam ut  
longius hâc recenserit postulent.

3. *Martialia*, quorum diversus effectus dubios reddidit  
olim medicos, an aperiant, an adstringant. Dum saturant aci-  
dum, & cum bile vitriolum evocatum miscentur, feces tingunt;  
dum roborant villos, & corrigunt humores alios, felicissimè ex-  
pugnant *ainīnē aīnīnē* infimi ventris. Tunc demum sapere magis  
didicimus, ubi amissò abstractivo qualitatum primarum  
prætextu genuinum agendi medicamentorum modum atten-  
dere incepimus. Calidum & frigidum non dicendum in cor-  
pore, nisi respectu calidi vitalis. Sic memorari merentur: croc.  
& gratus, pulv. cacheet. Quercet. Rolf. Hartm. Wedel. in primis cin-  
nabarinus; R. martis varie, pomata, cydoniata, tamarindinata, cum  
arcano  $\oplus$  ri, eß. Oli &, R. balsamica, absinthiaca &c.

4. Mixta alia, seu ob mixtura naturalis vel artificialis pro-  
prietatem, seu principiorum secundorum diversitatem, hu-  
morum & villorum, adeoque actionum improportionem cor-  
rigentia, ut aromatico-terrea, *cinnamomum*, *spec. diatr. sandalor.*  
*pulv. absorb.* Wedel. *cinnabarina*, &c. Hunc in finem suadet C.  
Hoffmann. apud Scholz. cons. 102. p. 274. ut saccharo rosato aliquot  
grana piperis per medium incisi indita simul deglutiantur.  
Ita & piper, addit. calefaciet ventriculum frigidum, nec ultra  
progredietur, & sacchari rosacei frigiditatem inhibebit, sac-  
charum vero rosaceum postea hepar contemperabit.

In speciali *ainīnē aīnīnē* hâc illâ specifica ad eundem modu-  
lum comparata propinare consultum est, uti quoque tum acidum  
invertentia terrea, alcalina, tum alia juxta indicantium  
specificorum normam eruta præsidia impendi possunt.

EXTERNA quoque commode in usum vocantur alte-

*226*  
rantia & roborantia tum iis in locis , ubi coniunctim respicere affecta viscera licet , ut ceratum de ladanō Cratōnis , diaphæn. cal. & frig. cerat. sandal. &c. balsama item & unguenta ventriculo adhibentur commode ; tum quibus distincta localia adhibere licet , quod quidem aliunde satis claret .

Restat FONS DIETETICUS , aīn regē laborantibus maximè commendandus . Cum enim antipraxia viscerum à malā viētus ratione prima ut plurimum rudimenta sortiantur , meritò eadem & in curatione attendi meretur .

In VITALI quidem AER sit temperatus . In NATURALI absit nimia ventriculi repletio , facessant omnia pinguia , oleosa , humidiora , corrugationi contraria , spirituosa item inebriamina , & quæ tum coctionem debilitare , tum sanguini dyscrasiam quandam conciliare apta sunt . Eligatur contra cibūs ἔυχυλος , ἐύπεπλος , qui à debili ventriculi calore superari , & in chylum laudabilem nutritium converti possit . Vini usus sit moderatus .

In ANIMALI MOTUS & QUIES non excedant moderationis limites . SOMNUM & VIGILIAS dispenset corporis tolerantia & *L. Poëcia* . Sollicitetur ALVIS pigrior . ANIMI PATHEMATA in extremas relegentur horas ; quò præses actionum archéus , sibi denuò redditus , causis occisionibus resistere , & se suamque machinam contra hostiles morborum copias eò melius tutari queat .

*SOLI DÉO GLORIA.*

*D*Evincere animos studia in contraria  
scissos ,  
Jungendo nexus stabili , non ultima laus  
est .  
Sic Tu dum monstras tendentia viscera contrà

jun -

31.

Jungere pace novâ, motos componere fluctus,  
Laus tibi debetur; Grator felicibus ausis,  
Comprecor hincq[ue] tuis studiis condigna brabéa.

*arv.*

*Prae*ximio Dn. Respondenti  
de egregio specimine ex animo gratul.

RUDOLFUS WILHELMUS Krauß/ D.P.P.

**V**is unita suo molimine fortior extat;  
Sed dispersa jacet, motus contraria tristes  
exhibit, atq[ue] internacionem spirat ubiq[ue].  
Luditur in nostro quoq[ue] corpore fabula talis,  
viscera si socias operas aut arma ministrent  
hostica. Tu fausto stabilis conamine pacem,,  
ac reparas robur vinclorum fortius orbe.

Pereximio Respondenti, Auditori studio indefesso,  
profectibus felicissimo, virtute & moribus  
ornatissimo, benevolentia & affectus hanc  
tesseram ponit

P R A E S E S.

**H**ortiter, en! pugnat pœoniâ in arte medendi  
Spielenbergiades. Palma parata tua est.  
Sic quæris Famam, sic magni augentur ho-  
nores,  
quos tibi jam grator, commoda plura precans.

Nobil. & Politissimo Dn. Respondenti, Amico honorando  
de specimine egregio disputatuero feliciter adclamat

AUGUSTINUS HENRICUS FASCHIUS, D.P.P.

*Wer.*

178. 32.  
**M**Er sich der Erd entreicht und zu den Sternen eilet/  
Gerath der Ewigkeit in ihren Marmorschoss;  
**E**s wird der Vorberkranz Ihm rühmlich mitgetheilet/  
Er reisset seinen Geist von allen Kummer los.  
Hingegen/ welcher nur an bloßen Lastern lebet/  
Und das verschmehte Joch der Trägheit auff sich nimmt/  
Hat dis zu seinem Lohn/ daß er im Schimpfe lebet/  
Und zwischen Furcht und Angst in Spott und Misgunst schwimmt.  
Zwar sind auch viel bemüht zur Weisheits-Quell zugehen/  
Und richten ihren Lauff zur hohen Tugend-Stadt:  
Allein der rauhe Weg/ da so viel Dornen stehen/  
Macht sie in ihren Gang durch seine Unlust matt.  
Daher kehrt mancher umb/ wenn Ihn der Schweiß beschweret/  
Läßt Tugend Tugend seyn/ und geht die alte Bahne/  
Allein ein munter Geist/ der sich daran nichts kehret/  
Steigt diesen gähn Berg mit steissen Ruth hinan.  
Er/ Werthgeschätzter Freund/ hat von den ersten Jahren  
Strack's seinen Sinn und Ruth zur Ehren-Burg gelenkt/  
Die Tugend wolte sich zu seinem Fleisse paaren/  
Ob schon Ihr stickler Pfad mit Dornen war umschrenkt/  
Er schrute keine Müh/ trieb seine schwancke Flügel  
Mit Adler-schnellen Flug zum hohen Sternen-Land/  
Und brach durch Erz und Stahl/ durch Demant-feste Riegel/  
Wiß/ daß Er einen Orth beym Sonnen-Cirkel fand.  
Was der Galenus sonst mit tiefem Geist geschrieben/  
Und was Hippocrates der Nachwelt aufgesetzt/  
Das hat sein tapfrer Fleiß umb unsre Saal getrieben/  
Und sich an derer Lehre und hohe Schrift ergezt.  
Se Fahr Er ferner fort/ und scheue keine Mühe/  
Wiß Er den Zweck erlangt/ den Er Ihm vorgesetzt/  
Und eine solche Ehr auf seinem Haupte blühe/  
Womit die Tugend Ihn nach seinem Fleiß ergezt.  
Mit diesen wenigen wolten ihre Schuldigkeit gegen den Herrn  
Befpondenzen bezugen/ dessen bisher gewesene  
Eischgenossen.

153154

X2615746

R

W 17



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Q. D. B. V.  
DISSE<sup>T</sup>RATI<sup>O</sup> MEDICA

De  
ANTI<sup>P</sup>A<sup>E</sup>E<sup>I</sup>  
VISCRUM,

Quam,

PRÆSIDE

VIRO Excellentissimo atque  
Experientissimo,

GEORGIO WOLFF.  
GANGO WEDELIO,

Med. D. Theoret. P.P. Archiatro Ducali  
Saxonico, & S.R.I. Nat. Curiorum Adjuncto,

Domino Patrono, Præceptore ac Hospite  
omni observantia cultu eternum colendo,

publico fistit examini,  
In Auditorio Medico

ad d. Maji, Anno M. DC. LXXXIII.

A. & R.

DAVID Spielenberger/ LEUTSCHOV. HUNG.

J E N Æ,  
Typis VIDUÆ SAMUELIS KREBSI.

